nūc illud ꝓnoſcēdi vice: ſed vno ictu mutatiões tuas
manēs ꝓuenit atq̄ʒ complectit̄. Hec ille. Et ideo iſta
ꝓpō: deū ſciētē.a.fore verū: poſſibile eſt nō ſcire.a.eſ=
ſe verū. Diſtinguēda eſt ſm cōpoſitionē ⁊ diuiſionē ſi
cut ⁊ illa: deū volētē.a.fore: poſſibile eſt velle.a.nō fo
re. In ſenſu cōpoſito falſe ſunt: in diuiſo ſunt vere Et
patʒ ſatis differētia ⁊ hec etiā eſt intētio magiſtri in
textu. ¶ Scōm dubiū. Cū deus oīa cognoſcit vtrū
Dubi.2. Q intuitiue vl̄ abſtractiue cognoſcat. Ad hoc eſt hec cō
cluſio poſt dn̄m Camera. ⁊ Greg. di.xxxv.q.j. Deus
ſiue diuina eſſentia intuitiue cognoſcit nō ſolū exn̄=
tia: ſed etiā oīa ipoſſibilia. Probat̄: q2 cū deus cogno
ſcat oīa cognoſcibilia vt pʒ ex dictis vl̄ g̊ abſtractiue
vl̄ ītuitiue. Nō abſtractiue pʒ: q2 qđlibet cognoſcit ī=
mediate ⁊ nō p aliqđ mediū cognitū medīās int̄ co=
gnitionē ⁊ rē cognitā: vt s̄.di.xxxv.q.iiij.⁊.v.qm̄ nul
lū tale mediū eſt poſſibile: q2 nō creatura vt ꝯſtat: nec
diuinitas ip̄a: cū ex natura rei ipſa nullo mō ſit diſti=
cta a dei noticia: g̊ intuitiue. ¶ Sed ꝯtra illud videt̄
eē hoc cōe dictū: q2 in diuina eēntia velut in ſpeculo
relucēt ⁊ rep̄ſentant̄ oīa / ⁊ p ꝯn̄s nō imediate ītuetur
creaturas: ſed mediante ſua eēntia ⁊ ita abſtractiue.
¶ Ad hoc đ2 poſt Greg. ⁊ Petrū: vbi s̄. qđ nō eſt itel
ligēdū ꝙ deus cognoſcat res ī ſua eēntia / niſi ad hūc
ſenſum ꝙ eiꝰ eēntia eſt oīʒ reꝝ cognitio. ¶ Sed ꝙ ad
dit̄ de ſpeculo ⁊ relucētia ⁊c̄. đ2 ꝙ hoc dictū hʒ verita
tem ꝙ eēntia dicat̄ ſpeculū rep̄ſentatiuū oīm creatu
rarū ipſi itellectui creatoꝛ: vt patuit de ideis.q.v.di.
xxxv. vel ad ſenſū ſtati tactū: ꝙ tā intellectꝰ diuinꝰ q̄ʒ
eēntia ē imediate noticia ſui ⁊ alioꝝ. Et nō ſic: q̄ſi eēn
tia dīna rep̄ſentet itellectui dīno ſic ꝙ itellectio dīna
mediate p eēntiā dīnā ferat̄ ī res ad extra: hoc eni fal
ſū ē. Cū itellectꝰ dīnꝰ ⁊ eēntia dīna ſint pēitꝰ idiſticta
⁊ oībꝰ mōis itellectꝰ dīnꝰ ē eēntia dīna q̄bꝰ eēntia eſt
Dubi.3. R eēntia. ¶ Tertiū dubiū. Utrū deus ſit p̄ſcia oīʒ futu
roꝝ cōtīgētiū. Ad hoc dubiū breuit̄ dici pōt poſt p̄=
dicta: ſuppoſito: ꝙ deū p̄ſcire aliq̄d / eſt deū euident̄
cognoſcere rē futurā Sūt aūt futura cōtingentia du
plicia.ſ. cōpleta ⁊ incōplexa ſm modū loq̄ndi aliq̄ꝝ
Exēplū primi. Futuꝝ eſt ꝙ xp̄s iudicabit mūdū id ē
futuꝝ eſt ꝙ talis ꝓpō ſit v̄a: xp̄s iudicat mundū. Exē
plum ſcđi eſt de antixp̄o futuro: p2ia p̄ñt dici enūcia
bilia futura ſm illos ſic loq̄ntes: ſcđa v̄o res future.
¶ Rn̄detur itaq̄ʒ ad dubiū p aliq̊t ꝓpōnes ¶ Prima
deus eſt p̄ſcia oīm rerum: ptʒ ex ꝓpōne prima art.ij.
Siq̄dē deus diſtincte ⁊ ituitiue cognoſcit oīa: igit̄ p̄=
ſcit oēs res futuras. Conſeq̄ntia tenet ex q̄d nōis p̄=
ſcire p̄miſſo. ¶ Scđa ꝓpō. Deus eſt p̄ſcia oīm futu=
roꝝ enūciabiliū Probat̄: q2 deus p̄ſcit multa enūcia
bilia futura: g̊ ⁊ oīa. Tenet ꝯn̄a: q2 nō eſt repugnātia
de aliq̄bus. Añs ptʒ: q2 multas v̄itates futuras re=
uelauit ⁊ reuelat: vt ꝙ fiet reſurrectio mortuoꝝ / iudi
cium extremū ⁊c̄. Hinc Johan.vj. Sciebat q̇s tradi
turus eſſet eū. Et.c.xviij. Ipſe erat ſciēs oīa q̄vētura
erant ſup eū. Rōne euidēti probari nō pōt. ¶ Tertia
propoſitio. Deus eſt infallibilis ſcia / imutabilit̄ co=
gnoſcēs oīa entia futura. ¶ Quarta. Deus eſt infal=
libilis ſcia certitudinalit̄ cognoſcēs oīa enūciabilia
Dubi.4 futura: pʒ ex dictis in ꝓpōne ſcđa. ¶ Quartū dubiū
S eſt circa concluſionē primā. arti.ij. Deus nō cogno=
ſcit oīa ⁊ ſingula cognoſcibilia: g̊. Aſſumptū probat̄:
q2 nō cognoſcit oēs ⁊ ſingulas partes continui ꝓpoꝛ
tionales Et ille ſunt cognoſcibiles: q2 actu exiſtētes
Maioꝛ probat̄. Tum primo: q2 vel tm̄ cognoſceret
diuiſibiles vel etiā indiuiſibiles. Nō eīn diuiſibiles.
q2 ſigno p̄ciſe totā multitudinē partiū q̄s cog̊ſcit: tūc
non cog̊ſceret oēs ptes: q2 q̄libet illaꝝ ptiū cū ſit ps
diuiſibilis hʒ al̄s ptes vlterioꝛes in q̄s pōt diuidi: q̄s
non cog̊ſceret cū eſſent ex̄ multitudinē ſignatā. Nec
cognoſcit īdiuiſibiles: q2 tales nulle ſūt. Tū ſcđo: q2
tūc diuiſio ꝯtinui ī diuina cognitione eēt totalit̄ eua
cuata. ꝯn̄s ipoſſibile: ipoſſibilitas ꝓbat̄: q2 vel ſtaret
euacuatio ad diuiſibiles: vl̄ ad ptes īdiuiſibiles. Nō
primū: q2 tūc poſſet fieri vlterioꝛ diuiſio / cū ptes diui
ſibiles p̄ñt vltra ī medietates diuidi. Nec ſcđʒ: q2 cō
tinuū nō eſt ꝯpoſitū ex partibꝰ īdiuiſibilibꝰ. Probat̄
ꝯn̄a ꝙ diuiſio ꝯtinui eſſet euacuata: q2 ſi cog̊ſceret di
uiſim ⁊ diſtincte oēs ptes ꝯtinui / non relinq̄ret̄ pars
vltra diuidēda: q2 iā in cognitiōe diuiſa eſt: ⁊ ſic nō ē
vltra diuidēda. alioq̄n ptes eiꝰ nō fuiſſent diſticte co
gnite. ¶ Tū tertio: q2 q̄cq̄d deꝰ diſtincte cog̊ſcit / pōt
diſtincte ꝓducere: ⁊ ſi ꝓductū eſt diſtincte ꝯſeruare:
⁊ cū ptes ꝯtinui ſunt īfinite / poſſet ꝓducere actu infi
nita diſtincta ⁊ ſepata. ¶ Itē q̄rto. Si ꝯcĺo illa eēt ve
ra: ſeq̄ret̄ ꝙ poſſet cog̊ſcere oēs nūeros. Cōſequens
falſū: q2 tūc ꝓgreſſus ī nūeris eēt euacuatꝰ / qđ eſt im
poſſibile / cū ſit ꝓceſſus in nūeris in īfinitum. Etiā q2
tūc in diuina cognitiōe ſtaret̄ vel ad nūerū finitū. Et
hoc nō: q2 q̄libet finito nūero eſt nūerus maioꝛ. Nec
ad infinitū: q2 nullꝰ nūerꝰ eſt infinitꝰ / lʒ in nūeris in ī=
finitū ꝓcedat̄. Nā q̊cūq̄ʒ nūero ſignato pōt vltra ꝓce
di: cū q̄libet numerꝰ ſignatꝰ ſit radix tā nūeri q̄drati
q̄ʒ cubici ab eo p multiplicationē eiꝰ ꝯſurgēt̄. ¶ Itē
ſi cog̊ſceret qualibet ſpeciē creabilē. Sūt aūt īfinite
creabiles: q2 q̄libet creabili pōt aliā ꝑfectioꝛē creare
cū hoc nullā iplicet ꝯ̄dictionē: ⁊ ita cognoſceret īfini
tas. Cōſequēs falſū: q2 tūc cog̊ſceret ſpeciē ab aliq̄ ī=
finite diſtantē ⁊ ita īfinitā. ꝯn̄s ipoſſibile: tūc eīn crea
tura eēt īfinita qđ iplicat. ¶ Si dicis / ꝙ nulla diſtent
īfinite. Cōtra. tūc nō erit ꝓceſſus in īfinitū. Et ita da
bit̄ ſtatꝰ in aliq̄ q̄ maioꝛē nō pōt cog̊ſcere. ¶ Ad illas Rn̄ſio.
rn̄det Greg. diſt.xxxv.q.j. ꝙ īfinita cog̊ſcit deꝰ: q2 oīa T
cog̊ſcibilia q̄ ſunt īfinita tā poſſibilia q̄ʒ exiſtentia: vt
deductū eſt de ptibꝰ ꝯtinui. Cōſequēter ꝯcedit. ꝙ in
diuina cognitiōe diuiſio ꝯtinui eſt euacuata: ita ꝙ di
ſtincte cog̊ſcit oēs ptes ꝯtinui: nec eſt pars aliq̄ diui
ſibilis ī ptes nō diſtincte cognitas: ⁊ eſt ſtatꝰ ī cogni
tione nō ad aliquā partē: ſʒ ad oēs ptes ſimul. Nec tm̄
ꝓpter hoc eſt aliq̄ pars realr̄ īdiuiſibilis ī alias ptes
realr̄ diſtinctas: lʒ ſit ps indiuiſibilis ī ptes nō diſtin
cte cognitas. ¶ Et cū đ2: ſigno totā multitudinē par
tiū.⁊c̄. đ2 ꝙ illa mltitudo īcludit oēs ptes: ⁊ lʒ q̄libet
ſit diuiſibilis realr̄ / tm̄ ptes diuiſe nō eſſēt vlterioꝛes:
nec extra multitudinē ſignatā. Nō eīn pōt ſignari mł
titudo ptiū indiuiſibiliū realr̄ ſʒ tm̄ in cognitiōe / oēs
eīn ſunt in dei clara cognitione. ¶ Ad aliam ꝓbatio
nem cōcedit Grego. ꝙ deꝰ poteſt infinita producere
actu: quod intelligere opoꝛtet ſm numeꝝ / nō ſm ꝑfe
ctionē. Nec videtur ſufficere ſi dicatur ꝙ qđlibet poſ
ſibiliū pōt producere / ſed non oīa ſimul ⁊ ſeparate cū
poſſibilia non repugnent quantū ad eſſe maxime eiuſ
dē ſpeciei: niſi oſtēdat̄ ꝯ̄dictio q̄ ſequat̄ ad multitudi
nem actu infinitā. ¶ Ad illud de numero concedit̄ a
Greg. ſic̄ de ptibꝰ cōtinui ꝙ cog̊ſcit oēs nūeros poſſi
biles ⁊ ſic infinitos: ⁊ ꝙ euacuat̄ ꝓceſſus in numeris
nō in re ſʒ ī diuina cognitiōe. Et non ſtaret̄ ad aliquē
nūeꝝ pticularē ſʒ ad oēs ſimul q̄ ſunt infiniti poſſibi=
les: lʒ nullꝰ numerꝰ ſit īfinitꝰ. Et ad hoc eſt Aug.xij.

de ciui. dei. c. xviij. vbi clariſſime oſtendit ꝯ philoſo-
phos deū infinita ſua ſcia cōphēdere. Neq; oēs nūe
ri infiniti ſunt: eo ꝙ in nullo pōt finis nūeroꝝ conſti-
tui ꝛ ſinguli finiti addēs: ita ne nūeros ꝓpt̄ infinita
tē ſuā neſcit oēs deus: ꝛ vſq; ad quādā ſummā nūero
rum ſcia dei ꝑuenit / ceťos ignorās: qs hec etiā demē
tiſſim⁹ dixerit. Et ſeqtur. Infinitas quodā ineffabili
mō: qꝛ ſcie ipſi⁹ incōphēſibilis nō eſt / deo finita eſt.
¶ Si dicis: ǵ ſi cognoſcit totā multitudinē nūeroꝝ
infinitā: cognoſcet etiā oēm multitudinē nūeroꝝ fi-
nitā diſtinctā ab illa multitudine ifinita: ꝛ ita attin-
get vltimū nūeꝝ finitū qꝺ eſt ipoſſibile. Solutio. Ne
gādo ꝙ attingit ad vltimū nūeꝝ finitū: qꝛ multitudi
nis finite nūeroꝝ null⁹ eſt vltim⁹ nūerus. Nec aliquo
nūero finito ꝓcedit̄ imediate ad multitudinē nūeroꝝ
infinitā: ſ; int̄ quēcūq; finitū nūeꝝ ꝛ multitudinē infi
nitā / mediāt infiniti nūeri finiti. ¶ Ad aliud cōcedit̄
ꝙ cognoſcit quālibet ſpēm creabilē: ꝛ cōcedit̄ ꝙ ſūt
ifinite creabiles ꝛ ita ifinitas cognoſcit ſicut de nūe-
ris ꝛ ꝑtib⁹ cōtinui. Et ꝯñr neget̄ ꝙ cognoſcit aliquā
ſpēm a certa data ifinite diſtāte: qꝛ nulla talis eſt: re-
cte ſicut in nūeris ¶ Et cū dꝛ: tūc nō erit ꝓceſſ⁹ in ifi
nitū: dꝛ ꝙ nō eſt ꝓceſſ⁹ in ifinitū. i. ad aliquā ſpēm ifi-
nitā: ſ; eſt ꝓceſſus in ifinitū in ſpecieb⁹ finitis: eo ipſo
ꝙ nō dat̄ vltima ſpēs finita ꝓducibilis. Et ita in co-
gnitione diua eſt ifinitas actualis: qꝛ actualit̄ cogno
ſcit infinita poſſibilia Non tñ ſeqtur ꝓpt̄ hoc ifinitas
actualis reꝝ ꝓducibiliū: valēt ꝓ dictis ea q̄ hñtur in
ij. di. j. q. iij. ¶ S; contra. Quecūq; deus pōt diſtin-
cte cognoſcē ſimul pōt diſticte ꝓducē ꝛ ſimul ꝓducē
et ita pōt ꝓducē multitudinē actu infinitā. Cōſeqns
impoſſibile: qꝛ tūc poſſet facē infinitū ſm ꝑfectionē:
qꝛ tāta eſt ꝑfectio in ſeparatis quāta eſt in coniūctis:
ſed ſi ifinita eēnt coniūcta ꝛ vnita / eēnt ifinite ꝑfectio
nis: ǵ totū infinitū erit infinite ꝑfectionis ſi fuerit ſe
paratū. Maioꝛ p; : qꝛ nō eſt maioꝛ ꝑfectio in toto q̄
ſit ꝑfectio ſuaꝝ partiū. ¶ Itē arguat̄ de gradib⁹ cha
ritatis augmētabilis in infinitū: deus cognoſcit oēs
grad⁹ ꝓducibiles ꝓducat ſimul ꝛ erit charitas ifinita
Probat̄ añs: qꝛ deus h; virtutē ꝓductiuā infinitā
ſimul ꝛ ꝓducibilia ſunt ifinita nullā repugnātiā quā
tum ad eē ſimul hñtia. ¶ Itē: tāta eſt virt⁹ dei ꝓducti
ua q̄ta eſt ei⁹ virt⁹ cognitiua: qꝛ ſunt idē oib⁹ modis
et indiſtincta: ǵ quātū pōt ſimul cognoſcē / tm̄ pōt ſiľ
ꝓducē. ¶ Ad hāc replicā dꝛ negādo aſſumptū ꝙ tm̄
pōt ſimul ꝓducē ꝛc̄. Nō eni pōt oē ꝓducibile ſimul ꝓ
ducere qꝛ quotcūq; ꝓductis adhuc pōt aliud ꝓdu-
cere: etiā ſi ꝑ ipoſſibile ifinita actu ꝓducē / poſſet ni-
hilomin⁹ aliud finitū vľ infinitū: vľ infinita ad hec ꝓ-
ducere: de hoc. s̄. di. xvij. q. viij. Ad ꝓbationē ꝯcedit̄
ꝙ deus h; ſimul potētiā ꝓductiuā (ꝯ̄ius eſt ſua potē
tia ꝓductiua) ꝑut ſimul det̄minat h;: nō aūt vt det̄mi
nat ꝓductiuā: qꝛ nulla eſt potētia ꝓductiua ſimul oi;
poſſibiliū Scꝺo dꝛ ꝙ nullū ꝓducibile h; repugnātiā
ad qꝺlibet aliꝺ ꝓducibile Et qꝛ ñ hñt repugnātiā ad
alia ꝓducibilia. iō nō pñt oia ꝓduci qꝛ ſi oia ꝓducerēt
illa hērēt repugnātiā ad qꝺlibet aliud ꝓducibile. Et
ita qꝺlib; ꝓducibile h; repugnātiā ad oia ſiľ: qꝛ nō pt
ſtare cū oib⁹ ſiľ: qꝛ tūc ñ eēt aliqꝺ vltra poſſibľe ꝓduci
qꝺ reputat̄ ipoſſibile. Ad ꝯfirmatōe;: tāta ē ꝩt⁹ ꝓdu
ctiua / quāta cognitiua ꝯcedit̄: ꝛ neget̄ ꝯña: qꝛ i ſimili
nō ſeqt̄: tāta eſt ꝩt⁹ cognitiua: quāta ꝓductiua: ǵ qc-
qd cognoſcit illud ꝓducit: qꝛ l; idē ſit ꝩt⁹ q̄ cognoſcit
et q̄ ꝓducit. ſ. ipa diuia ꝛ ſimpliciſſima eēntia: tñ nō ē
idē cogſcere ꝛ ꝓducere ꝓpt̄ cōnotata illoꝝ termino
rū q̄ nō ſolū iportāt deū / ſ; etiā ꝯnotāt creaturā: ꝓpt̄
qꝺ aliqd ꝑdicat̄ de vno ꝛ negat̄ de alio: ſicut eadē eſt
ꝩt⁹ ſolis q̄ calefacit ꝛ q̄ exiccat ꝛ illuiat: ꝛ tñ nō qcqd
calefacit / exiccat ꝛ illuiat: ꝛ ecōuerſo. Et i hoie nō qc
qd itelligit / vult: ꝛ tñ idē eſt itellect⁹ ꝛ volūtas: ſuppo
ſito ꝙ potētie aie nō diſtinguant̄ realr̄ iter ſe ꝛ ab aia.
Qꝛ calefacere / illuiare nō ſolū iportāt virtutē ſolis ſ;
etiā caloꝛē ꝛ lumē q̄ diſtinguūt̄: ſic etiā itelligere ꝛ vel
le nō ſolū iportāt potētiā aie / ſ; etiā act⁹ elicitos ꝛ ob
iecta q̄ diſtinguūt̄. Et l; i deo nec potētia / nec act⁹ di
ſtinguāt̄: tñ obiecta diſtiguūt̄: qꝛ aliqd eſt obiectū di
uine cognitiōis: qꝺ nō eſt obiectū ꝓductiōis. i. aliqd
cognoſcit̄ qꝺ non ꝓducit̄. ¶ Adhuc ꝯ ꝯclōnē primā A
pōt argui ſic. De⁹ nō cogſcit oia. ꝓbat̄: qꝛ nō vľia nec
ꝯplexa nec ipoſſibilia. ꝓbatio: qꝛ cognitio vľis eſt ip-
fecta ꝛ ꝯfuſa ꝛ abſtractiua. Cognitio dei nō eſt imp-
fecta / ſ; ꝑfectiſſima / diſtinctiſſima / ꝛ ituitiua: vľe autē
nō cognoſcit̄ niſi vľr ꝛ cognitiōe vľi: alr̄ nō eſſet vľe.
¶ Etiā nō cognoſcit cōplexū: qꝛ cognitio dei eſt ſim
pliciſſima nec diſcurrit. Etiā ipoſſibile nō pōt cogſci
cognitiōe ſimplici: de⁹ aūt nō h; niſi vnū actū cogno
ſcēdi ꝛ hūc ſimpliciſſimū. ¶ Itē qcqd de⁹ cognoſcit
pōt ꝓducere: ipoſſibile nō pōt ꝓducere: ǵ nec cogno
ſcere. ¶ Ad primū neget̄ añs. ꝓ duab⁹ primis ꝑtib⁹
qꝛ cognoſcit vľia ꝛ ꝯplexa. Ad ꝓbationē neget̄: ꝙ vľe
ꝛ ꝯplexū nō cogſcūt̄ niſi cognitiōe vľi ꝛ cōplexa. hoc
neget̄. Nā vľe ſiue hēat eē obiectiuū tm̄ ſiue ſubiecti
uū: eſt tñ cogſcibile cognitiōe ſimplici et ituitiua: ſic
ēt ꝯplexa. Vñ de⁹ vno ſimpliciſſimo cogſcēdi actu (q̄
eſt realr̄ ꝛ oib⁹ modis diuia eēntia) cognoſcit ituitiue
oia cognoſcibilia / ꝑſentia / ꝑterita / futura ꝛ poſſibilia
Et oēs reꝝ exiſtēdi modos / q̄litates ꝛ circūſtantias /
qꝛ oia ſeipo imediate ꝛ ita nec abſtractiue nec ꝯplexe
ꝛ nō cognoſcit vnū mediāte alio. Ita ꝙ cognitio dei
pri⁹ t̄minaret̄ ad vnū: ꝛ mediāte illo ad aliꝺ: ſ; ad qꝺli
bet imediate t̄minat̄. Nā vna noticia ituitiua imedia
te ſe ꝛ oia alia itelligit: vt s̄ patuit. ¶ Pro t̄tia ꝑte ſilr̄
dꝛ ꝙ cogſcit ipoſſibilia logica. i. ꝓpōnes ipoſſibiles.
Scꝺo dꝛ ꝙ rē ipoſſibilē nō cogſcit: qꝛ nlľa talis ē nec
eē pōt. Sic nec itellect⁹ hūan⁹ cogſcēs chymerā / t̄mi
nat̄ ad rē ipoſſibilē: ſ; ad poſſibilia: nō potentia ſe hr̄e
certo mō q̄ ſcāt̄ ꝑ t̄minū chymera Ita de⁹ cogſcit tm̄
poſſibilia ꝛ oēs eoꝝ circūſtātias / hitudines / modos
repugnātias / ꝯueniētias affirmatiōes ꝛ negationes.
¶ Quītū dubiū eſt / an ſit aliq̄ viciſſitudo i diuina co- Dubi. ſ.
gnitiōe: ad hoc rñdet̄ vnica ꝓpōne. Nulla ē viciſſitu- X
do ſucceſſiōis i actu diuine cognitiōis. ꝓbat̄ auctāte
ſcripture: apꝺ quē nō eſt trāſmutatio nec viciſſitudis
obūbꝛatio. Iaco. j. ¶ Preťea de⁹ nccārio oim rerū et
enūciabiliū poſſibiliū ē ſimplex ꝛ ituitiua noticia ſeu
cognitio: alr̄ nō eēt oi ſciēs ꝛ eū poſſēt multa latere: ꝛ
ei⁹ cognitionē ſimplicē fugere: vt. j. lati⁹ patebit. S; Replica.
ꝯ hāc ꝓpōnē ſic pōt argui: de⁹ aliqd de nouo cogſcit
qꝺ pri⁹ nō cogͦuit: ǵ eſt viciſſitudo i cognitiōe diuia.
t; ꝯña: qꝛ eadē cognitiōe: eadē ſēp nccārio cogſcūt̄ a
deo. añs ꝓbat̄: qꝛ de⁹ aliquē pri⁹ repꝛobatū de nouo
ap ꝓbat. S; ap ꝓbatio nō ē ſine cognitiōe: ǵ de nouo
cogſcit. ꝯña vr̄ nota ex teris. añs ꝓbat̄: qꝛ de⁹ pctōꝛē
aliquē de nouo iuſtificat / ifūdēdo ei ꝑmā grāz: ſ; oē;
iuſtificatū ap ꝓbat ꝛ carētē grā re ꝓbat. Nā ap ꝓbare
nihil aliꝺ ē q̄ aliquē iudicare dignū vita et̄na: tal' aūt
iudicat̄ ois hñs grāz: ꝛ idign⁹ ois carēs ea qꝺ eſt re-
ꝓbare. ¶ Cōfirmat̄: appꝛobatio dei ꝛ ei⁹ cognitio

ſunt idē oībus modis: igit̃ approbatio noua eſt noua
cognitio: ab eodē eſt ad idē. ¶ Itē de nouo īcipit co=
gnoſcere: prio iuſtificatū vita eťna dignū: ǧ noua co=
gnitione. tȝ ꝯña. Q2 ſi cognitiōe nō noua: ſȝ ꝑexiſtēti
prius nouiſſet illū dignū ⁊ ita nō hñtē grām dignū vi
ta eťna: quod eſt falſum. ꝯña ptȝ: q2 idē inquantū idē
ſemꝑ facit idē: maxime ī agēte naturali: nūc aūt deꝰ
quecūqȝ nouit/ naturalr̃ ⁊ nccãrio nouit. ¶ Solutio.
ſcia dei lȝ in ſe ſit vna ſimpliciſſima eēntia oīm cogno
ſcibiliū: tñ in ordine ad cognita a q̇buſdā diſtiguit̃: ī
ſciam ſimplicis noticie: ⁊ ſci am iudicatiuā enuncia=
biliū q̄ eſt ꝟitatis cōplexe vel ꝓpōnalit̃ ſignificate: vt
qua ſcit me legere mereri vel peccare Scia ſimplicis
noticie eſt ſcia dei: ꝭȝ ꝙ eſt ſimplex apphēſio reꝝ: ſcia
aūt enunciabilium eſt eadē ſcia/ ꝭm ꝙ eſt euidēs iudi
cium eoꝝ. ¶ Scia ſimplicis noticie adhuc tripartit̃
q2 vł eſt oīm ꝓſentiū/ ꝓteritoꝝ/ futuroꝝ/ ⁊ poſſibiliū.
Et ſic obtinet nomen gñale. ſ. ſcia ſimplicis noticie.
¶ Scđo ſpālius: q2 eſt eoꝝ q̄ ſunt/ fuerūt vł erūt tm̄=
modo: ⁊ ab aliq̇bꝰ dr̄ ſcia viſionis. Tertio modo ad=
huc ſpāliꝰ tm̄modo reſpectu futuroꝝ: ⁊ hec dr̄ ꝓſcia:
¶ Scia enūciabiliū ſeu iudicatiua etiā pōt diſtigui/
ꝭm diſtinctionē ꝓpōnum affirmatiue: negatiue de in
eſſe mobilis de ꝓſenti/ ꝓterito/ futuro ⁊c̄. Et eſt hec di
ſtinctio nō reꝝ: ſȝ noīm. Ad idē in di. xxxix. in notabi
li prio. ¶ Per hoc ad primū neget̃ aſſumptū: de ſcia
ſimplicis noticie. Sed de ſcia iudicatiua poſſet cōce
di: q2 de nouo iudicat ꝓpōnē verā q̄ de nouo eſt ꝟa: ſȝ
non noua ſcia. ⁊ neget̃ ꝯña. ad ꝓbationē cōſeq̄ntie ꝟa
eſt de ſcia ſimplicis noticie: nō aūt iudicatiua. Vñ ea
dē ſcia ſine eiꝰ mutatōe cognoſcit̃ a eē qñ eſt nō eē qñ
nō eſt: ſic eē qñ ſic eſt: ⁊ oīs habitudo rei exñtis ⁊ poſ=
ſibilis: ⁊ ita diuerſe ꝟitates: ſicut eadē ſimplicis app̄
hēſionis noticia cognoſcit rē qñ eſt: ⁊ qñ nō eſt. ad ꝓ=
bationē añcedētis neget̃ ꝯña: de nouo approbat: er=
go de nouo cognoſcit: vt cognoſcit dicit ſciaȝ ſimpli
cis noticie: ſicut ſi ſortes mihi notꝰ poſt q̇etē currat:
ꝙuis de nouo cognoſco eū currē: non tñ de nouo eū
cognoſco. ¶ De ſcia iudicatiua ad ſanū itellectū poſ
ſet concedi ¶ Ad ꝯfirmationē neget̃ ꝯña. nec arguit̃
ab eodē ad idē: q2 hoc eſt arguē a ſynonymo ad ſyno
nymū. Nūc aūt cognitio ⁊ approbatio diuerſa cōno=
tāt: ſicut cognitio/ creatio ⁊c̄. ꝙuis ſupponāt ꝑ eodē:
⁊ propt̃ cōnotationē diuerſa de eis ꝟe ꝓdicant̃ ¶ Ad
ſcđam cōfirmationē neget̃ ꝯña: nā eadē cognitione
cognoſcit eū dignū vita eťna dū hȝ grām: ⁊ indignū
dū caret ꝑ diuerſis tēporibꝰ. Et ſic nouit ab eťno eū
pro a. inſtāti indignū: ⁊ ꝑ b. inſtāti dignū. ¶ Ad ꝓba
tionē: idē īquantū idē: rndet̃ ꝙ ſꝑ idē cognoſcit. Nec
aliq̇d incipit: aut deſinit de nouo cognoſcē: vt dictū
eſt. Q2 ꝟo ꝓpōnē nūc cognoſcit verā: quā nō cogno=
uit prius verā vt prius detminat veꝝ: nō arguit muta
Dubi. 6. tionē ſcie dei: ſed rei ſignificate ꝑ ꝓpōnē. ¶ Sextum
y dubium. Utrum effectꝰ q̇ ſunt a deo nccãrio cogniti
ſint ab ea cōtingent̃ producti. Ad hoc dubiū eſt rñ=
ſio affirmatiua ⁊ talis. Effectꝰ a deo nccãrio cogniti
cōtigent̃ ſunt ab eo ꝓducti. prima pars ptȝ ex dubio
quinto. ſcđa pars ptȝ: q2 deus nihil opat̃ nccãrio ad
Replica. extra: vt habet cōe dictum theologoꝝ. ¶ Sed cōtra
hanc ꝓpoſitionē argui pōt: effectus a deo non ſunt
nccãrio cogniti igit̃. probatio. Effectꝰ non ſunt nccã=
rio ꝓducti: ǧ nō ſunt neceſſario cogniti. añs ptȝ ex ſe
cūda pte ꝯcłonis nūc date ꝑ rñſiōe ad dubiū. ꝯña ꝓ
bat̃: q2 ſeq̄t̃ bñ. Effectꝰ nō ſūt neceſſario ꝓducti: ǧ nō

ſunt neceſſario effectꝰ. tȝ ꝯña: q2 ſicut ꝯtingēter ſunt
ꝓducti/ ita ꝯtingēter ſūt effectꝰ. Eo em̄ ſunt effectꝰ q̊
ꝓducūt̃: vltra nō neceſſario ſunt effectꝰ: ǧ nō neceſſa
rio cogniti ſunt eē effectꝰ. tȝ ꝯña: q2 res neceſſario co
gnita/ neceſſario talis eſt/ q̄lis eē cognoſcit̃: alioquin
cognitio neceſſaria poſſet eē fallibilis ⁊ erronea/ tūc
vltra Nō neceſſario cogniti ſūt a deo effectꝰ: igit̃ effe
ctꝰ a deo nō ſunt neceſſario cogniti/ ꝑ ꝯuerſionē ſim=
plicē ꝓpoſitionis vlis negatiue/ tā ex pte dicti ꝙ ex
parte modi. ¶ Itē nō minꝰ neceſſariū eſt velle dei re
ſpectu creature ꝓducēde: ꝙ eius itelligēde. Ergo ſi
neceſſario cognoſcit/ neceſſario ꝓducit. tȝ ꝯña: q2 ſic̃
actu intelligēdi creaturā cognoſcit/ ita actu volendi
Rñſio. eā ꝓducit. añs ꝓbat̃: q2 tā itelligere ꝙ velle ī deo eſt
actus eternꝰ ⁊ īmutabilis/ q2 realr̃ deꝰ. ¶ Ad primū
neget̃ ꝯña ꝓbatiōis primi argumenti. Ad ꝓbationē
admiſſa pria ꝯña lȝ negari poſſet attēta ampliatione
cauſata ꝑ neceſſario. neget̃ ſcđa. ſ. nō neceſſario ſūt ef
fectꝰ: ǧ nō neceſſario ſunt cogniti eē effectꝰ: q2 cōtin
gēs non ꝯtingēter/ ſȝ neceſſario cognoſcit̃ a deo. Ad
ꝓbatio nē neget̃ ꝙ res neceſſario cognita/ neceſſario
talis eſt q̄lis cognoſcit̃: q2 ioānes ſedēs neceſſario co
gnoſcit̃ a deo ſedere: ⁊ tñ non neceſſario ſedet. ¶ Ad
ꝓbationem alioq̇n cognitio neceſſaria eēt fallibilis/
hoc neget̃ de cognitione illa: qua īmutata cognoſcit̃
vtraqȝ pars ꝯdictiōis ſucceſſiue ꝟa: q̄lis eſt cognitio
diuina. Poſſet etiā cōcedi ꝯñs/ nō neceſſario cogniti
ſūt eē effectꝰ: q2 hec cognitio eſt iudicatiua: ⁊ deꝰ nō
neceſſario cognoſcit effectū eē: ſicut nō neceſſario co
gnoſcit petrū orare: q2 pōt cog̊ſcere petrū nō orare.
Sic em̄ nō cognoſcit niſi veꝝ: ⁊ verū ꝯtingēs ꝯtingē
ter cog̊ſcit veꝝ/ ſicut cōtingēter ꝓdeſtinat. Nihilomi
nus tñ effectꝰ neceſſario ſūt cogniti/ cognitiōe ſimpli
cis noticie vł apphēſiōis. Vñ lȝ neceſſario cognoſcit
oīa ꝟa: tñ nō neceſſario ſcit oīa ꝟa ꝓpt̃ diuerſam ꝯno
tationē terminoꝝ ſcire ⁊ cognoſcere. ¶ Ad ſcđm: nō
minꝰ eſt neceſſariū velle dei ⁊c̄. Illa pōt diſtingui: q2
vno mō pōt ſic itelligi: nō minꝰ neceſſario vult crea=
turā: hoc eſt neceſſario vult creaturā/ ſicut neceſſario
itelligit: ⁊ ſic eſt falſa. Q2 lȝ intelligere ⁊ velle dei idē
īportant in deo/ ip̄am. ſ. diuinā eēntiā: tñ nō eodē mō
cōnotāt creaturā: q2 itelligere ꝯnotat creaturā in eē
obiectiuo poſſibili/ vel ī eē actuali. Nā deū velle crea
turā/ eſt ꝓducere creaturā/ ꝭm illud. Oīa q̄cunqȝ vo
luit fecit: ſȝ deū itelligere creaturā eſt deū apphēde=
re creaturā vt obiectū: de rōne aūt obiecti nō ē vt ſit.
¶ Alio mō itelligit̃: nō minꝰ neceſſariū ⁊c̄. i. actꝰ vo=
lēdi in deo eſt neceſſariꝰ ſic̃ actꝰ intelligēdi: ⁊ ſic ꝯce=
dit̃ aſſumptū/ ⁊ neget̃ ꝯña. ¶ Ad ꝓbationē ſi ſicut di
cit oīmodā ſilitudinē neget̃: q2 non eodē mō ꝓciſe: ſic̃
actu itelligēdi cog̊ſcit/ ita actu volēdi ꝓducit: q2 actu
itelligēdi neceſſario itelligit: ſȝ actu volēdi ꝯtingent̃
nō neceſſario ꝓducit: ſi aūt ſic̃ dic̃ aliq̄lē ſilitudinē: vt
ſic̃ actꝰ itelligēdi eſt imutabilis ⁊ eťnꝰ: ſic actꝰ volun
tatis: vt ſonat ꝓbatio/ cōcedit̃: ſȝ q2 ſilitudo nō eſt ſuf
ficiēs ad ꝓpoſitū/ nihil ꝓbat̃. ¶ Dubiū ſeptimū eſt ꝯ Dub. 7
ꝯcłonē tertiā. ſ. Cōtingētia in rebꝰ ꝓductis depēdet AA
ex libertate arbitrij ꝓducētis. ¶ Cōtingētia in rebꝰ
ꝓductis/ nō depēdet ex libertate ⁊c̄. ꝓbat̃: q2 nullus
effectus naturalr̃ ꝓductꝰ depēdet ex libertate ꝓdu=
cētis. Et oīs effectꝰ naturalr̃ ꝓductus eſt cōtingēs:
ǧ cōtingēs non depēdet ex libertate ꝓducentis. Di
ſcurſus eſt in ſecūdo tertie. maior ꝓbat̃: q2 in hoc di=
ſtinguitur effectus naturalr̃ ꝓductus: ⁊ effectꝰ libere

ꝓductꝰ: qꝛ iſte depēdet ex libertate arbitrij: ille ꝟo nō
minoꝛ ſilr ꝓbaṫ: qꝛ nullꝰ effectꝰ ꝓductꝰ eſt nccē eſſe: g̊
oīs eſt ↄtigēs. tenet ↄña a ſufficiēti diuiſiōe: qꝛ oē qꝺ
eſt/ eſt nccē eſſe vl' cōtingēs: ſed effectꝰ nō eſt nccē eſſe
ergo ↄtingēs a tota diſiūctiua cū deſtructiōe vniꝰ ꝑ-
tis ad ꝑtem non deſtructā. ¶ Si dicis: ꝙ oīs effectꝰ
dependet ex libertate pꝛie cauſe: reſpectu cuiꝰ nullꝰ
effectꝰ ex naturalꝰ: qꝛ oīa extra ſe ꝓducit nō natura: ſʒ
volūtarie. ¶ Cōtra ſuppono opi. q̊rūdā philoſopho
rū: ꝙ pꝛia cā nō coagat cauſis ſcꝺis ī ꝓducendis effe
ctibꝰ/ tunc ſtat argumentū. ¶ Pōt rn̄deri duplr: vno
mō ꝙ caſꝰ eſt ipoſſibilis: ⁊ opi. illa philoſophoꝛū eſt
erroꝛ dānatꝰ a ſacra ſcriptura. Oīa ꝑ ipm̄ facta ſūt: ⁊
ſine ipſo fctm̄ eſt nihil: iō nō admittendꝰ: nec mirū ſi
ex ipoſſibili ſeq̄ṫ oppoſitū ꝟi cū ad ipſū ſeq̄ṫ ipoſſibile
¶ Aliṫ dꝛ poſita opi. illa: q̄ꝫuis ipoſſibili ꝙ effectꝰ na
turales nō ſūt ↄtigentes ad vtrūlibet: ſʒ nccarij nccī
tate naturali Et cū arguiṫ: nō ſūt nccē eſſe: ſimplr cō
cedo: qꝛ ſūt coꝛruptibiles/ ⁊ aliq̄n nō fuerūt: ⁊ cū ifer
tur: g̊ ↄtigentes. negeṫ ↄña: nec eſt diuiſio ſufficiens
qꝛ daṫ mediū inṫ neceſſariū ſimplr ⁊ cōtingens. ſ. poſ
ſibile vt poſſibile dicaṫ: qꝺ pōt eſſe. ⁊ pōt nō eſſe. Cō-
tingens ꝟo qꝺ oībꝰ cauſis ad eius ꝓductionem nccā
rijs poſitis: ⁊ ſublatis ipedimentis pōt eq̄ nō ꝓduci
ſicut ꝓduci. Et nihil tale eſt niſi qꝺ dependet ex libe
Dub.8 ra volūtate. ¶ Octauū dubiū eſt ↄ̄ cōcluſionem q̄rtā
BB ſcʒ: Infallibilitas cognitiōis diuine nō repugnat cō
tingentie creature. Infallibilitas diuine cognitiōis
nō ſtat cū ↄtingentia creature: g̊ ei repugnat. ↄña no
ta: qꝛ q̄ nō ſtāt ſimul illa repugnāt. añs ꝓbaṫ: qꝛ ſi ſcia
dei eſt infallibilis reſpectu ↄtingentiū/ nō pn̄t ↄtigē
tia nō eſſe: ⁊ ꝑ ↄñs nō ſunt cōtingentia: ſed neceſſaria
pꝛobaṫ ↄña ꝑ btm̄ Aug. iij. de libe. arbi. ca. iiij. dicen
tem. Aliṫ fieri non pōt q̄ꝫ deus p̄ſciuit. Item. vj. ſuꝑ
Geñ. ca. xxij. Illud qꝺ deus p̄ſciebat neceſſario futu
rum erit. Item Anſ. de cōcoꝛ. p̄deſti. ⁊ li. ar. c. j. ⁊. iiij
Id qꝺ deus p̄ſciuit/ neceſſe eſt eſſe futuꝝ Ex q̄bus vi
detur ſeq̄: ꝙ pꝛeſcia dei pꝛopṫ ſuā ifallibilitatem ipo
nit nccītatem futuris p̄ſcitis: ideo repugnat ↄtigen
tie Ad idē poſſent multe auctoꝛitates adduci. ¶ Ad
auctoꝛitates dꝛ: ꝙ itelligende ſunt in ſenſu ↄpoſito.
Ita ꝙ hec eſt ipoſſibilis: deus p̄ſcit aliq̄d taliṫ futu-
rum q̄liṫ nō eſt futuꝝ: vel loq̄tur de nccītate ↄñe nō
cōſeq̄ntis ac ↄditionata. Quia bn̄ ſeq̄tur: deus p̄ſcit
CC a. eſſe futuꝝ: g̊ erit. ↄña nccāria eſt: ſed ↄñs cōtigens
ſicut añs. ¶ Pꝛeṫea arguiṫ cōtra ↄcluſionem eādem
rōne. Cū ifallibilitate ⁊c. nō ſtat cōtigentia. ꝓbaṫ: qꝛ
oē ↄtingens pōt nō eſſe futuꝝ: ſʒ p̄cognitū ifallibiliṫ
futuꝝ: non pōt non eſſe futurū: igiṫ p̄cognitū non eſt
ↄtingēs ⁊ ita non ſtat ↄtingētia diſcurſꝰ eſt in feſtino
maioꝛ manifeſta ex q̄d nois ↄtingentis. minoꝛ ꝓbaṫ:
qꝛ ſi p̄cognitū poſſet non eſſe futuꝝ/ non eſſet ifallibi
liter p̄cognitū: qꝛ nihil potēs fallere eſt ifallibiliṫ p̄-
cognitū. Sed oē p̄cognitū potēs non eſſe futuꝝ/ pōt
fallere: g̊ nihil tale eſt ifallibiliṫ p̄cognitū diſcurſus
eſt in celarent. ⁊ maioꝛ nota: qꝛ fallibile eſt qꝺ pōt fal
lere: ſicut aīal ſenſibile qꝺ pōt ſentire minoꝛ pʒ: qꝛ fal
lere cognoſcētē eſt aliṫ ſe habere q̄ꝫ cognoſciṫ: g̊ poſ
ſe fallere eſt aliṫ ſe poſſe habē q̄ꝫ cognoſciṫ. ¶ Scꝺo
ꝓbaṫ illa minoꝛ pꝛīcipalis. ſ. ꝙ p̄cognitū ifallibilr fu
tuꝝ nō pōt nō eſſe futuꝝ Qꝛ ſeq̄ṫ: ſi deus p̄cognoſcit
petrū peccatuꝝ in a. iſtāti/ peccabit in a. tenet ↄña: qꝛ
p̄ſcia dei eſt ifallibilis. añs igiṫ nō pōt eſſe veꝝ ſine cō
ſeq̄nte. Sed añs eſt nccāriū: igiṫ ⁊ ↄñs. ſ. petrꝰ pecca-
bit in a. ⁊ ꝑ ↄñs nō pōt nō peccare. neceſſitas antece-
dētis ꝓbaṫ. Tū/ qꝛ q̄ deꝰ cognoſcit/ neceſſario cogno
ſcit ex dubio. vj. Tū qꝛ ſi p̄ſcit/ ab eṫno p̄ſciuit vltra g̊
neceſſario p̄ſciuit. tʒ ↄña: qꝛ oīs de p̄terito vera eſt ne
ceſſaria: qꝛ hoc ſolo pꝛiuaṫ deꝰ: igenita facere q̄ geni
ta ſunt. Tū: qꝛ ↄñs ex alio erit neceſſariū Qꝛ ſtāte an
tecedēte/ ↄñs eſt veꝝ: petrꝰ peccabit i a. g̊ neceſſariū.
ꝓbatio ↄn̄tie: qꝛ oppoſitū ↄn̄tis nō ſtat cū añte. ꝓbaṫ
qꝛ oppoſitū ↄn̄tis nō neceſſariū non ſtat cū añte: qꝛ ſi
nō eſt neceſſariū/ petrū peccare i a. pōt non peccare i
a. ſʒ illa repugnat huic: petrꝰ peccabit i a. qꝛ ponaṫ in
eſſe: petrꝰ pōt nō peccare in a. petrꝰ nō peccabit in a.
q̄ eſt ↄ̄dictio pꝛioꝛis: petrꝰ peccabit in a: g̊ non ſtāt ſi-
mul. ¶ Ad illas rn̄deṫ: ad pꝛimū negeṫ aſſūptū. ad ꝓ
bationē negeṫ minoꝛ. ſ. p̄cognitū ifallibiliṫ futurū: nō
pōt non eſſe futurū: ad ꝓbationē negeṫ ↄña: qꝛ potēs
non eē futuꝝ/ pōt ifallibilr p̄cognoſci eē futurū. Sic
antichꝛiſtꝰ pōt non eē futurꝰ: ⁊ tn̄ infallibilr p̄cogno
ſciṫ futurꝰ: qꝛ ifallibilr ē futurꝰ. ad ꝓbationē ↄn̄tie. ne
geṫ minoꝛ: ꝙ oē p̄cognitū potēs non eē futuꝝ pōt fal
lere. ad ꝓbationē negeṫ ↄña. Et dꝛ: ꝙ poſſe fallere p̄-
cognoſcentē eſt poſſe fieri vt res p̄ſciaṫ futura: ⁊ ipſa
nō ſit futura. ¶ Ad ſecūdā ꝓbationē minoꝛis negeṫ
añs: ꝙ deꝰ p̄cognoſcit petrū peccaturū i a. ſit neceſſa
riū. Ad ꝓbationē ↄcediṫ: ꝙ deꝰ q̄ p̄cognoſcit/ neceſſa
rio cognoſcit: ſʒ nō neceſſario p̄cognoſcit: nec hoc di
cit rn̄ſio ↄcluſiua i dubio. vj. qꝛ cognoſcere ibi i ↄcl'o-
ne tali dicit cognitionē ſimplicis ap̄p̄hēſiōis vel noti
cie: ⁊ illa neceſſario cognoſcit oīa poſſibilia. Sʒ p̄co-
gnoſcere dicit cognitionē veri iudicatiuā: ⁊ hoc ↄtin
gēter p̄cognoſcit futura: vn̄ ſtāt ſimul. Neceſſario co
gnoſcit futura ⁊ ↄtingēter p̄cognoſcit futura: nec ſe-
q̄ṫ. Neceſſario cognoſcit futura: ergo futura neceſſa-
rio ſunt futura: ꝓpṫ ampliationē quā cauſat cog̊ſcit.
Sʒ bn̄ ſeq̄ṫ: p̄cognoſcit a. futuꝝ: ergo a eſt futuꝝ. Qꝛ
p̄cognoſcere a. futuꝝ eſt iudicare a eſſe futuꝝ ⁊ ita eſt
cognoſcere hāc eſſe verā a. eſt futurū. ¶ Ad tertiā ꝓ
bationē minoꝛis dꝛ: ꝙ ꝓpoſitio de p̄terito ꝟa cuiꝰ ve
ritas dependet a futuro ↄtingēti nō eſt neceſſaria: vt
ſupꝛa patuit diſt. ⁊. q. p̄ſenti arṫ. ij. et habeṫ in centilo.
Occā. ↄcl'one. lxxxiiij. Sʒ pōt eſſe falſa: vn̄ lʒ deꝰ pꝛe
ſcit antichꝛiſtū futuꝝ: ⁊ ab eṫno p̄ſciuit: pōt tn̄ nō pꝛe
ſcire ⁊ nūq̄ꝫ p̄ſciuiſſe: ſicut hec: deꝰ ꝓducet ātichꝛiſtū
ab eṫno fuit ꝟa: ⁊ tn̄ pōt nō ꝓducere: qꝺ ſi nō faceret/
nūq̄ꝫ fuiſſet vera. Et ſic hec de p̄terito: hec fuit ꝟa de
monſtrādo illā: deꝰ ꝓducet antichꝛiſtū: pōt eſſe falſa:
veꝝ ergo eſt: ꝙ p̄terita non pn̄t nō eē p̄terita in ſenſu
diuiſo: q̄ fuerunt res aliq̄ in eſſe actuali poſite. Sʒ ꝑ
hec p̄terita q̄ dependēt a futuris ↄtingētibꝰ: nihil po
ſitū eſt vel fuit i eſſe actuali. ¶ Ad q̄rtā ꝓbationē ne-
ceſſitatis ↄn̄tis dꝛ: ꝙ illa non eſt neceſſaria/ petrꝰ pec
cabit. Et negeṫ ꝙ illa petrꝰ pōt nō peccare: repugnet
huic: petrꝰ peccabit: lʒ eiꝰ de i eſſe repugnet. Qꝛ de i
eſſe pōt eſſe falſa/ ꝓpoſitione de poſſibili exiſtēte ꝟa:
immo nec ille repugnāt: petrꝰ pōt peccare: petrꝰ pōt
nō peccare. Qꝛ ambe ꝟeꝛ ambe affirmatiue: ſʒ ille re
pugnāt: petrꝰ pōt peccare: petrus non pōt peccare.
¶ Adhuc ↄtra totū fūdamentū p̄miſſarū ſolutionū. DD
Deꝰ p̄ſciens futuꝝ neceſſario p̄ſcit futurū: ergo futu
rū p̄cognitū non pōt nō eſſe futurū ⁊ ita neceſſario fu
turū. Sed oīe futuꝝ eſt p̄cognitū: ergo oīe futurū
eſt neceſſariū: ↄña eſt in barbara. ⁊ pꝛimū ꝓbaṫ: ꝙ ſcʒ
deꝰ quecūq̄ꝫ pꝛecognoſcit/ neceſſario pꝛecognoſcit:
qꝛ omnia futura repꝛeſentanṫ deo ꝑ eſſentiā tanq̄ꝫ in

ſpecie: vł medio cognoſcēdi vł in noticia q̄ cognoſcit
Sed q̄cq̄d dei eſſentia rep̄ſentat naturalr̄ / rep̄ſentat
nō minꝰ ꝙ ſpēs vł noticia creata: ergo nō pōt nō rep̄ſentare futuꝝ: ⁊ ꝑ ꝯñs futuꝝ non pōt non eſſe futuꝝ:
alſ. eſſentia diuina poſſet falſe rep̄ſentare ¶ Solutio
deus non cognoſcit aliq̄ ꝑ aliq̄d q̄ſi ꝑ mediū: nec pro
prie eēntia rep̄ſentat cognita q̄ſi ſpēs nec prio cogno
ſcit eēntiā ſuā ⁊ ꝑ illā q̄ſi p̄cognitū mediū cognoſcit
res alias. Sicut bti cognoſcūt creaturas relucētes ī
eēntia / cognitiōe reꝝ in v̄bo. Sed vt ſ. tactū fuit in re
ctratiōe opi. Occā. m. deus eſt eēntia diuiaꝛ noticia
intuitiua / / imediate oīm entiū actualiū ⁊ poſſibiliū: ⁊
iudiciū v̄acīſſimū ac euidētiſſimū oīꝫ v̄oꝝ enūciabiliū
⁊ nc̄cario eſt intuitio oīꝫ poſſibiliū exñtiū ⁊ nō exñtiū.
Sꝫ nō nc̄cario eſt iudiciū ſiue noticia iudicatiua oīm
veroꝝ ꝯtigētiū: ⁊ ſic eſſe ꝯuenit ſibi nō mediāte aliq̄
q̄ſi ſpecie vł medio cognoſcēdi: ſed eſt talis cognitio
ex ꝓpria ſua naturaꝛ ꝑfectōe īfinita: cuiꝰ nihil ſiſe h̄ri
pōt ī creatura. ¶ Nonū dubiū eſt: ſi p̄dicta v̄a ſunt de
Dubi. 9. EE reꝝ ꝯtingētia quō ſtabit illa cōīs ꝓpō philoſophi: oē
eſt qđ q̄ñ eſt nc̄ce eſt eē / hoc ei directe vī p̄dictis ob=
uiareꝛ ꝯtradicere. Ad hoc r̄ñdēt Greg. de arim. diſ.
xxxviij. q. j. ar. iij. ⁊ poſt eū Came. q. xj. ar. j. Itē Oyta
q. viij. ar. j. diſtinguēdo ꝙ illa dictio: q̄ñ pōt ibi ſtare
aduerbialr̄ vł ꝯiunctionalr̄ / ita ꝙ equalet huic ꝯiun=
ctioni ſi. Nā vt dicit Boe. li. j. de hypotheticis ſyllo=
giſmis: ita pōt fieri ꝯditionalis ꝑ hoc abuerbiū cū: ſi
cut ꝑ hāc ꝯiunctionē ſi: vñ iſta eſt ꝯditionalis. Cū hō
eſt aīal eſt: ſicut hec: ſi hō eſt aīal eſt: ⁊ idē iudiciū pōt
eſſe de q̄ñ. ¶ Si ḡ: q̄ñ ſtat ibi aduerbialr̄: vł illa ꝓpō
ſumiꝛ in ſenſu ꝯpoſitoꝛ ſic eſt v̄a: qꝛ denotaꝛ ꝙ hec ſit
nc̄caria: oē qđ eſt q̄ñ eſt nc̄ce eſt eē: ⁊ hoc eſt veꝝ: lꝫ nō
habeat aliquā ſingularē nc̄cariā p̄ter hāc: hoc qđ eſt
q̄ñ eſt demonſtrādo deū: nā q̊cunqꝫ alio demōſtrato /
ſingularis eſt contingēs: vt patꝫ. ¶ Vel illa ſumiꝛ in
ſenſu diuiſo: ⁊ hoc duplr̄: vel eni ipſa eſt tꝑalis: ⁊ tūc
equiualet huic copulatiue: oē qđ eſt aliq̄ñ eſt: ⁊ oē ta
le tūc eſt nc̄ce eſſe: ⁊ ſic ipſa eſt falſa / ſicut ſcđa ꝑs: qꝛ
nihil p̄ter deū aliq̄ñ eſt nc̄ce eſſe. ¶ Vel pōt eē de tꝑa
li extremo. Et hoc duplr̄: vł de tꝑali ſubiecto: ⁊ ſic to
tum hoc oē qđ eſt q̄ñ eſt: erit ſubiectuꝫ: ⁊ reliquū erit
p̄dicatū: qđ denotabiꝛ v̄ificari de illo ſubiecto cū mō
nc̄citatis: ⁊ tūc eſt falſa: qđ pꝫ arguēdo ſic. Oē qđ eſt
q̄ñ eſt ⁊c̄. ſortes eſt q̄ñ eſt: ḡ ſortē nc̄ce eſt eē ⁊c̄. vł pōt
eſſe de tꝑali p̄dicato: ⁊ tūc tm̄ qđ eſt: erit ſubiectū ⁊ re
liquū p̄dicatū. Et ſic adhuc eſt falſa: q̄uis aliq̄ dicāt
oppoſitū: pꝫ arguēdo ſic. Oē qđ eſt neceſſe vł de nc̄ci
tate eſt q̄ñ eſt: ſortes eſt: ergo ſortes nc̄ce vł de nc̄cita
te eſt q̄ñ eſt. Et idē eſt iudiciū ſi dicaꝛ Oē qđ eſt de ne
ceſſitate eſt q̄ñ eſt Cōcl̄o aūt eſt falſa: cū ſit ſingularis
in ſenſu diuiſo: q̄ eſt falſa in ſenſu ꝯpoſito. ¶ Ideo pꝫ
ꝙ ſi illa ꝓpō ſumaꝛ in ſenſu diuiſo ſicut de virtute ſer=
monis debet ſumi: ⁊ q̄ñ ſtet aduerbialiꝛ ſicut cōiꝛ ſo
let accipi: tūc ipſa eſt ſimplr̄ falſa. ¶ Si v̄o q̄ñ ſtat cō
ditionaliter: vel pōt eſſe conditionalis: vel de condi=
tionali extremo. Si primo modo vel neceſſe poteſt
denotare conſeq̄ntiam eſſe neceſſariam: ⁊ tunc eſt ve=
ra: qꝛ iſta eſt neceſſaria: omne quod eſt ſi eſt ipſum eſt:
vel poteſt denotare neceſſitatē conſeq̄ntis. Et eſt ſen
ſus: ſi aliq̄d eſt quodcunqꝫ illud ſit: ipſum de neceſſi=
tate eſt: ⁊ ſic eſt falſa. Si vero ſit de conditionali ſub=
iecto / etiā falſa eſt: qꝛ denotaꝛ ꝙ de quocūqꝫ diciꝛ hoc
ſubiectū ens quod eſt ſi eſt: diciꝛ hoc verbū eſt modo
neceſſitatis: ⁊ ſic eſt falſa: vt patet. Si aūt ſit de cōdi
tionali p̄dicato / tūc eſt v̄a: qꝛ denotaꝛ / ꝙ de q̊cūqꝫ v̄ꝛ
hoc ſubiectū ens qđ eſt: dicaꝛ hoc p̄dicatuꝫ eſt: ſi eſt:
cū mō neceſſitatꝫ: ⁊ hoc eſt veꝝ. Quia quocūqꝫ qđ eſt
demōſtrato veꝝ eſt dicere: hoc de neceſſitate eſt: ſi ē.
Ex q̄ nō ſeq̄ꝛ: ḡ hoc de neceſſitate eſt: ſꝫ eſt fallacia ſꝫ
q̄d ad ſimplr̄: ⁊ iſtū ſenſum voluit philoſophꝰ vel pri
mū ⁊c̄. ¶ Ex hoc ptꝫ ꝙ q̄uis aliq̄ res ꝯtingēs q̄ eſt ī
aliq̊ inſtāti: de neceſſitate ſit ī illo inſtāti: ſi eſt ī illo ī=
ſtāti / nō tñ de neceſſitate eſt ī illo īſtāti / ſꝫ ꝯtingēter. ⁊
hoc eſt veꝝ: vt illa eſt ꝓpoſitio de ꝯditionali p̄dicato
⁊ nō conditionalis. Hec ex doc. prefatis ſumere pla=
cuit. ¶ Alia moueri poſſent dubia q̊ꝝ aliqua tangeꝛ
diſtinctiōe ſequēti: ⁊ pleraqꝫ habēꝛ apud p̄fatos doc.
qui materiā illā de ſciētia dei latiſſime ꝑſequuntur: ⁊
Oyta. q. viij. arti. j. ¶ Poſſet etiā hic q̄ri: an deꝰ poſſit
alicui reuelare futura ꝯtingētia: de q̊ late vide ī doc.
quotł. iiij. q. iiij. Item in centilo. cōcl̄one. lxxxvij. De
ſcientia dei plura vide in centilogio ꝯcluſione. lxxxj.
et ſequentibus.

Diſtinctio. xxxix.

EGit de preſciētie cauſalitate: nūc de eius ī
mutabilitate q̄rēs. An ſciētia dei poſſit au
geri vel minui: ⁊ pōt textus ſic triū ꝯcl̄onū
numero ſummari. ¶ Pria ꝯcl̄o: deꝰ ſimul
⁊ īmutabiliꝛ ⁊ ab eterno ſcit oīa / preſentia / preterita
⁊ futura / bona ⁊ mala: nec ſciētia ſua augeri poteſt vł
minui. ¶ Scđa ꝯcl̄o deus pōt aliqua ſcire q̄ non ſcit
⁊ aliqua nō ſcire q̄ ſcit. ꝓ quanto res ſe aliter habere
pñt q̄ꝫ habēt. ¶ Tertia ꝯcl̄o: deꝰ non pōt incipere ſci
re aliq̄d de nouo vel deſinere ſcire qđ ſciuit: capiēdo
ſcire pro cognoſcere verum. Non tamen poteſt ſcire
plura q̄ꝫ ſcit illo modo: qꝛ ſemper altera pars cōtra=
dictiōis eſt vera. Et ita ſemper tot ſunt vera quot fal
ſa: ſecus ſi ſcire capitur generaliter pro cognoſcere:
declarationē latiorem vide in textu. Queſtio vnica.

VTrum deꝰ poſſit plura ſcire q̄ꝫ ſcit. ¶ Tri= A
bus articulis abſolueꝛ difficultas q̄ſtiōis.
¶ Pro articulo primo ſuppono dicta ī du= Art. 1.
bio. v. diſt. p̄cedentis. Quibꝰ additur poſt Nota. 1
Oytā. q. viij. ar. ij. ꝙ oīs noticia ſeu ſciētia dei: aut eſt
ſimplr̄ apprehenſiua: aut cōplexe ſiue ꝓpoſitionaliꝛ
iudicatiua. Et iſtā diuiſionē inuit brinckel vbi ſupra
ſaltem ſententionaliter: ſm̄ Antiſiodoreñ. libro ſuo
primo. c. xlviij. dicens / ꝙ ſcientia dei vno modo ſumi
tur pro noticia rerum: alio modo pro noticia enūcia
bilium: ⁊ hoc idem ponit Adā. q. ij. tertij. Sciētia ap
prehenſiua (que ⁊ dicitur rerum) ex diuerſitate et ge
neralitate ſcitorum: reſpectu quorum ſcientia dei di
citur multiplex: tria ſortitur noīa. Diciꝛ enim quan=
doqꝫ ſimplicis intelligentie: dicitur ſcientia viſionis
dicitur preſcientia. ¶ Scientia ſimplicis intelligen
tie q̄ etiam ſolet dici ſcientia dei intuitiua / eſt in plus
ſiue reſpectu plurium q̄ꝫ ſcientia viſionis: qꝛ eſt reſpe
ctu omniū poſſibilium. Non autem ſcientia viſionis:
vt patuit diſt. precedenti in dubio quinto. X. Itē pre
ſcientia ſiue preuiſio eſt in minus q̄ꝫ ſciētia viſionis:
quia eſt ſolū reſpectu futuri. ¶ Item ſciētia dei ſiue
cognitio dei: reſpectu plurium eſt apprehenſio q̄ꝫ iu
diciū. patet: qꝛ tam reſpectu complexorum q̄ꝫ incom
plexorū / tam falſorū q̄ꝫ verorū eſt apprehenſio: iudi=
ciū vero ſolum reſpectu verorum. ¶ Scđo notandū Nota. 2
ſm̄ doc. ꝙ ſcire aliquādo capitur large ꝓ cognoſce= B
re: hoc modo dicimus: deus ſcit omnia complexa et
incōplexa / neceſſaria ⁊ contingētia / vera ⁊ falſa / poſſi
bilia ⁊ impoſſibilia: id eſt cognoſcit omnia. Secūdo

modo accipit̃ ſtrictiꝰ ꝓ cognoſcere veꝝ: illo mõ non
Nota.3 ſcit falſũ. ¶ Tertio notãdũ ꝙ aliud eſt q̃rere: an deꝰ
poſſit plura ſcire q̃ ſcit: ⁊ an deꝰ poſſit ſcire aliqd ꝙ
Not.4 nõ ſcit ¶ Quarto notãdũ ꝙ aliq̃ diſtiguẽtes ſciaꝫ dei
in ſciam reꝝ ⁊ enũciabiliũ dicũt ꝙ ſcia rerũ ſigt̃ diui=
nã eſſentiã: ſꝫm ꝙ eſt ſimplex apphẽſio entitatũ incõ=
plexaꝝ. Scia vero enũciabiliũ ſigt̃ diuinã eſſentiã ſꝫ
ꝙ eſt ſimplex apphẽſio ꝓpõnũ vl̃ euidẽs iudiciũ ꝯple
xoꝝ. Ita ꝙ ſcia enũciabiliũ etiã poſſit dici ſcia rerũ
Sed alij vt puta oyta ⁊ ceti/ ſciam enũciabiliũ dicũt
ſciaꝫ iudiciariã ſiue iudicatiuã. Aliã ꝟo noiant app=
hẽſionẽ/ cũ nõ eſt iudiciũ: nõ curãdo reſpectu cuiꝰ ſit
obiectiue/ an reſpectu enũciatiõis vl̃ rei diſticte ꝯ ſi=
Nota.5 gnũ. ¶ Quinto notãdũ: ꝙ t̃minoꝝ ſigntiũ dei ſciam
C quidã ſignt̃ ſimpl̃r ⁊ p̃ciſe apphẽſionẽ dei: vt cogno=
ſcere/ apphẽdere/ ſcire/ ſaltẽ vt in plurimũ: ſalua di. p̃=
miſſa i notabili ſcdo. Quidã nõ ſolũ ſignt̃ diuinã eẽn
tiã/ aut deũ cognoſcẽtẽ: ſed cõnotãt effectꝰ varios in
creaturis: ꝓpt̃ cuiꝰ ꝯnotati alietatẽ de ſeinuicẽ ſepe
negant̃: lꝫ dicãt vnã ⁊ eãdẽ eſſentiã cognoſcẽtẽ: ſeu co
gnitionẽ veri iudicatiuã different̃ tñ ſꝫ diuerſos effe
ctus q̊s ꝯnotãt: vt p̃deſtiare ſiue p̃deſtiatio/ p̃ſcia/ p̃=
cognitio: ꝓuidẽtia/ approbatio/ reprobatio. ¶ Hinc
predeſtinatio/ dicit cognitionẽ veri iudicatiuã: q̃ deꝰ
vult alicui dare gr̃aꝫ i p̃ſenti ⁊ gl̃iam in futuro. ¶ Re
probatio dicit noticiã euidẽtẽ iudicatiuã: q̃ vult ali=
quẽ nõ ſaluare: ſed dãnare ꝑpetuo. Itẽ noticia cũ vo=
lũtate bñplaciti reſpectu ſic cogniti põt dici ſcia ap=
ꝓbatiõis. ¶ Precognitio dicit cognitionẽ veri iudi
catiuã futuri ⁊c̃. Sic de mlt̃ʒ alijs noibꝰ vt ſcia viſiõis
que eſt facti. Preſcia q̃ eſt futuroꝝ/ ſimplicis noticie:
que eſt i genere reſpectu oiꝫ cognoſcibiliũ. Nõ tñ ꝓ=
pter illa noia multiplicata: imaginãda eſt multiplici
tas i diuina eſſentia/ ſed vna ⁊ eadẽ ſimplex dina noti
Coro.1 cia tam diuerſa ſortit̃ noia ꝓpt̃ alia ⁊ alia ſcita. ¶ Ex
D his ſumi pñt aliq̃ corollaria: ⁊ ex p̃miſſis in di. p̃cedẽ
ti: ⁊. xxxv. deus oiꝫ reꝝ parit̃ ⁊ enũciabiliũ eſt apphẽ=
ſiua noticia. Supponit̃ aũt in ꝓpoſito: ꝙ ꝓpõnes vt
terminãtia itellectionẽ pñt dici res largo vocabulo.
¶ Corollariũ ſcðꝫ: deus oim veroꝝ enũciabiliũ ẽ ꝟa
ſcia ſeu veꝝ iudiciũ: ſeu cognitio ꝟi iudicatiua vt alij
loquunt̃. ¶ Corollariũ tertiũ: deus oim vere enũcia
biliũ de p̃terito vl̃ de p̃ſenti/ eſt noticia viſiõis. ¶ Co=
rollariũ q̃rtũ: deus oim enũciabiliũ de futuro cõtin=
gentiũ eſt noticia p̃uiſionis: ⁊ qñq3 dicit̃ large p̃ſcia.
¶ Corollariũ q̃ntũ: deus reſpectu eoꝝ q̃ bñ fiũt eſt
ſcia approbatiõis reſpectu eoꝝ q̃ male fiũt ſcia repro
batiõis Iſta oia ⁊ ſilia pñt colligi ex dictis. ¶ Corol
lariũ ſextũ: q̃uis deꝰ oim rerũ ⁊ enũciabiliũ nc̃cario
eſt apphẽſio ſiue apphẽſiua cognitio. At tñ reſpectu
ꝟoꝝ ꝯtigẽtiũ nõ nc̃cario/ ſꝫ ꝯtigent̃ eſt vera ſcia ſeu
iudiciũ. Pria ps huiꝰ corollarij patuit ⁊ oñdit Oyta:
q2 cũ deꝰ ſit noticia imẽſa. Si alicuiꝰ poſſet nõ eẽ ſcia
hoc eſt apphẽſio/ tũc poſſet nõ eſſe apphẽſio imẽſa qð
eſt ipoſſibile. ¶ Scða ps patuit dubio p2io di. p̃cedẽ
tis: ſicut eni talia ꝯtigent̃ ſũt vera: ſic deꝰ eoꝝ eſt ꝯti
gent̃ iudicatiua ſcia ſeu cognitio iudiciaria/ cũ ñ poſ
ſit iudicare falſũ. ¶ Corollariũ ſeptimũ: eẽntia dina
eq̃ nc̃cario eſt noticia ad vtrũlibet ꝯtigẽtiũ ſicut nc̃cã
rioꝝ: ⁊ eq̃ ipoſſibiliũ: ſicut poſſibiliũ: ptꝫ ex p̃cedẽti.
¶ Corollariũ octauũ: vnica ⁊ ſimplex noticia ſit̃ ẽ op
poſitoꝝ ſine ſui oppoſitõe: falſoꝝ ſine ſui falſitate ⁊ i=
poſſibiliũ ſine ſui ipoſſibilitate. Scða ps pꝫ ex p̃miſ=
ſis: q2 noticia apphẽſiua ſimplex ẽ i plꝰ q̃ ſcia viſiõis

Plura alia corollaria poſſent formari q̃ vide apð pre
fatos doc. ¶ Ultio ſupponit̃ ꝙ ſẽp eſt eq̃lis nũerꝰ ve
roꝝ. ptꝫ: q2 ſemp alt̃a ps ꝯdictiõis eſt ꝟa: ⁊ nũq̃ ãbe.
Nec aliqd eſt veꝝ niſi ſit ꝯdictiõis alt̃a ps: vñ qñcũq3
aliqd eſt veꝝ/ opꝫ alið. ſ. ſuũ ꝯdictoriũ fieri falſum: et
ecõuerſo: manet g̊ ſemp eq̃lis nũerꝰ veroꝝ ⁊ falſorũ.
¶ Iſtis p̃miſſis ꝓ arti. j. eſt ꝯclo rñſalis p2ia ꝓ ar. ij. Cõclo. 1.
Accipiẽdo ſcire large: deꝰ nõ põt ſcire pl̃a q̃ ſcit: nec E
ſcire aliqd qð nũc nõ ſcit. ptꝫ: q2 nulliꝰ noticiã põt de
nouo acq̃rere ¶ Scða ꝯclo: accipiẽdo ſcire ſcðo mõ Cõclo. 2.
deꝰ nõ põt ſcire pl̃a q̃ ſcit. ꝓbatio: q2 oi tp̃e eq̃lia ſũt
ꝟa: ⁊ nõ pl̃a vno tp̃e q̃ alio: q2 ſemp altera ps ꝯdictio
nis eſt ꝟa: lꝫ nõ ſemp eadẽ ſit ꝟa. Et oẽ verũ ſcit deꝰ.
¶ Tertia ꝯclo deꝰ põt ſcire aliqd qð non ſcit. Scðo Cõclo. 3.
mõ capiendo ly ſcire. ptꝫ aliqð falſũ põt fieri verũ: et
illud falſũ deꝰ neceſſario nõ ſcit: q2 mõ nõ eſt verũ: et
ſolũ verũ illo mõ ſcit deꝰ: põt tñ eẽ veꝝ: ⁊ ita põt ſciri
a deo. hoc tñ nõ ꝯtingit ꝓpt̃ mutationẽ alicuiꝰ i deo:
ſꝫ ꝓpt̃ mutationẽ i creatura. Et ideo ſcia dei nec põt
augeri nec minui. Ex illo ſeq̃t̃ ꝙ ſcire illo mõ: non di
cit aliqd abſolutũ in deo p̃ſciente: ſꝫ creaturã. ſ. verũ.
¶ Scðo ſeq̃t̃ ꝙ nõ eſt idẽ ſcire ſortẽ ſedere: ⁊ ſcire ſor
tẽ ſediſſe: q2 nõ eſt idẽ veꝝ ſortes ſedet: ⁊ ſortes ſedit:
⁊ vna põt eẽ ꝟa/ alia exiſtẽte falſa. ¶ Et q̃uis deꝰ co Nota.
gnoſcit oia enũciabilia: tñ deꝰ nõ cognoſcit cõponen
do ⁊ diuidẽdo: ſꝫ vnica ſimplici cognitiõe cognoſcit
oia: de hoc in cẽtilo. Occã ꝯclone. lxxxiij. ⁊ ſequenti.
¶ Ex his multa formari pñt corollaria: attẽta multi
plici acceptiõe nois ſcia i ordine ad ſcita: vt ea multi
plicãt doc. p̃fati in ſcriptʒ ſuis. ¶ Quãtũ ad articulũ Articu.3
tertiũ dubitat̃ circa hoc qð dictũ eſt in ꝯclonibꝰ: nec Dubi.1.
plura qñq3 nec pauciora: ſꝫ eadẽ ſemp cognoſcit imu F
tabilit̃ mẽs diuina. ¶ Cõtra primã ptẽ: deꝰ põt plu=
ra ſcire q̃ ſcit: ⁊ ſil̃r pauciora: g̊ põt plura cog̊ſcere q̃
cognoſcit. ⁊ ſil̃r pauciora. ꝯña tꝫ ab iferiori ad ſupiꝰ.
añs ꝓbat̃: oia ꝟa põt ſcire: ſꝫ plura q̃ ſcit pñt eẽ ꝟa: g̊
pl̃a q̃ ſcit põt ſcire. ꝯña eſt i darij. maior nota. minor
ꝓbat̃: q2 falſa ꝯtingẽtia pñt eſſe ꝟa: ⁊ illa addita his q̃
ſcit ſũt plura q̃ ſcit: g̊. ¶ Contra ſcðam ptẽ: nõ ſemp
eadẽ ſcit: ergo non ſemper eadẽ cognoſcit. tenet con
ſequentia: q2 in deo idẽ eſt ſcire ⁊ cognoſcere antece=
dẽs ꝓbat̃: nõ ſemp falſa ſcit: ⁊ eadẽ q̃ nũc ſcit qñq3 ſũt
falſa: g̊ nõ ſẽp eadẽ ſcit. ꝯña eſt i celarent. maior nota.
mior ꝓbat̃: q2 ſortes ſedet quã nũc ſcit vt ponit̃/ qñq3
erit falſa. Itẽ aliqñ ſcit qð nũc nõ ſcit: g̊ nõ imutabil̃r
ſcit. añs ptꝫ: q2 ſolũ veꝝ ſcit: ⁊ aliqñ veꝝ eſt qð nũc nõ
eſt veꝝ. ꝯña ꝓbat̃: q2 q̇ nũc aliqd ſcit qð qñq3 nõ ſcit: i
ſciẽdo mutat̃ de ꝯdictorio in ꝯdictoriũ: g̊ non imuta
bilit̃ ſcit. Ad primũ dr̃ ꝙ ꝯña nõ valet: q2 cognoſcere G
generaliꝰ accipit̃ i hoc dicto. Cũ dr̃ deũ oia cog̊ſcere
q̃ ſcia: ⁊ ad ꝓbationẽ ab iferiori. Dr̃ ꝙ nõ valet cũ ſi=
gno exponibili icludẽte negationẽ q̃le eſt ꝯparatiuꝰ.
Sicut nõ ſeq̃t̃: frequẽtiꝰ currit: g̊ frequẽtius mouet̃.
etiã añs eſt falſũ: q2 lꝫ põt ſcire qð nõ ſcit: tñ nõ plura
q̃ ſcit: q2 ſemp nũerꝰ veroꝝ eſt eq̃lis: cũ ſemp altera
ps ꝯdictiõis eſt ꝟa: ⁊ alt̃a falſa. Et ad ꝓbationẽ ãte=
cedẽtis neget̃ minor: ꝙ pl̃a q̃ ſcit pñt eẽ ꝟa: q2 lꝫ alia
tñ nõ plura q̃ ſint ꝟa/ pñt eſſe ꝟa. Ad ꝓbationẽ dr̃: ſi
plura ꝟa addũtur his q̃ nunc ſunt ꝟa: erũt q̃dẽ plura:
ſꝫ nõ plura ꝟa vel ſcita. Q2 q̊t addunt̃ nũero veroꝝ q̃
nũc ſunt ꝟa/ tot eoꝝ q̃ nũc ſunt ꝟa/ erũt falſa: q2 q̊tiẽs
vnũ ꝯdictorioꝝ de nouo verificat̃: totiẽs ſuũ ꝯdicto=
riũ falſificat̃. ¶ Ad ſcðm dr̃ negando ꝯñam: ad ꝓba
tionẽ dr̃ vt ſupra: lꝫ idẽ ſit i deo ſcire ⁊ cognoſcere: ter

mini tñ nō ſunt ſynonymi: ſicut idē eſt in deo creare ⁊
eē: ⁊ tñ nō ſequit/ eſt: ḡ creat. ¶ Ad tertiū negeẗ ꝯña:
ad ꝓbationē negeẗ ꝙ de⁹ ꝗ nunc aliqd ſcit qꝺ p̄ri⁹ nō
ſcit mutaẗ in ſciēdo: qꝛ ſua ſcia nō mutaẗ: fit tñ trāſit⁹
de ꝯdictorio in ꝯdictoriū: non ꝑpẗ mutationē factā
in ſcia dei: ſꝫ i obiecto. Finalr̄ circa materiā hāꝝ dua
B rū diſ. ¶ Notādū ꝙ op⁹ ē plurimū qbuſdā cautelis i
reſolutiōe ꝑpōnū ꝯſuetāꝝ vna eſt: vt diſtiguāẗ ſ̄m cō
poſitionē ⁊ diuiſionē: vt gr̄a exēpli: poſſibile eſt ꝯtin=
gens p̄uiſuꝫ nō euenire: q̄ in ſenſu cōpoſito valet tm̄/
hec ē poſſibil: effect⁹ ꝯtigens p̄uiſus nō eueniet q̄ eſt
falſa: nā hec ſimpl̄r eſt ipoſſibilis: imo ſequit ncc̄ario
neceſſitate ꝯñtie nō ꝯñt. Effect⁹ eſt p̄uiſus: ḡ eueniet
In ſenſu ꝟo diuiſo valꝫ tm̄: effect⁹ q̄ eſt p̄uiſus pōt nō
euenire: q̄ ꝟa eſt ꝑ quāto effect⁹ ille pōt nō eē p̄uiſus
¶ Scđa cautela eſt: ꝙ frequent̄ i hac materia poniẗ
oppoſitū cōceſſi vl̄ poſiti: ⁊ tūc ꝑ artē obligiſticā opꝫ
r̄ndere. Ut cū ꝺꝛ: pono ꝙ de⁹ p̄uidit effectū futurum.
Quero. Utrū a neceſſario eueniet vel nō? Si primū/
nō eſt ꝯtingēs.. Si ſcđꝫ/ tūc pōt nō euenire: ponaẗ ꝙ
nō eueniat: tūc p̄ſciētia dei eſt falſa. Dicēdū eſt ꝙ po=
ſito ſcđo/ primū poſitū cedit: qꝛ ſcđm repugnat p̄rio.
Repugnat eñ ꝙ a nō ſit vētuꝝ: ⁊ ꝙ de⁹ ip̄m p̄ſciuit vē
turū: admiſſo ḡ ꝙ nō ſit ventur⁹ de⁹ nunq̄ꝫ p̄ſciuit eū
ventuꝝ. ¶ Tertia eſt i poſitiōe ꝑpoſitionū de poſſibi
li in eſſe: vt in illa p̄ſcitū pōt nō euenire: muteẗ ſubie=
ctū ꝯnotatiuū in ꝑnomē demōſtratiuū: demōſtrās il
lud ꝑ q̊ ſupponit ſubiectū ꝑpoſitōis de poſſibili. Nō
eñ p̄dicta dꝫ ſic poni in eſſe: p̄ſcitū nō eueniet: qꝛ hec
eſſet ipoſſibilis. Sed ſic: hoc nō eueniet demōſtrādo
effectuꝫ contingentem p̄ſcitum: q̄ licet ſit falſa: eſt ta=
men poſſibilis. Quod ſufficit ad veritatē propoſitio=
nis de poſſibili. Diſtinctio. xl.

Supra magiſter egit de ſapientia ⁊ ſcientia
dei in gñe: ꝯſequent̄ agit de vna ei⁹ ſpecie
q̄ ꝺꝛ p̄deſtinatio: ⁊ hoc quātū ad ei⁹ effectū
In diſt. ſequēti quātū ad ei⁹ cauſā. ¶ Cō=
cluſio p̄ria textualis hec eſt. Effect⁹ p̄deſtinatiōis di
ci pōt dupl̄r. ſ. ſalus et̄na bonoꝝ: ⁊ damnatio ꝑpetua
maloꝝ. ¶ Cōcl̄o ſcđa. Licꝫ numer⁹ p̄deſtiatoꝝ ⁊ ſal
uādoꝝ cert⁹ ſit. Nec aliqs p̄deſtinatoꝝ dānabiẗ. Ipa
q̄q̄ꝫ p̄deſtiatio ſit et̄na/ nec aliqs de nouo p̄deſtinatur
pōt tñ q̄ p̄deſtinat⁹ eſt dānari: qꝛ pōt eſſe nō p̄deſtina
tus ¶ Tertia ꝯcl̄o. Reprobatio dānādoꝝ eſt: ⁊ eſt p̄=
ſcientia iniqtat̄ maloꝝ: ⁊ p̄paratio dānatōis eoꝝ/ nō
iniqtat̄. Nā maliciā reproboꝝ nō p̄parat dñs: ſꝫ eā p̄
ſcit: penā aūt et̄nā reprobatoꝝ p̄parat. In ſaluandis
ꝟo gr̄aꝫ iuſtificatiōis in via: ⁊ gloriā btificatiōis i pa
tria p̄pat ⁊ dōat dñs. vide lati⁹ i textu. Queſtio vnica

A Utrū ſit poſſibile aliquē p̄deſtinatū dānari
⁊ p̄ſcitū ſaluari. ¶ Circa iſtā ꝯcluſionē pri
mo vidēdū eſt de re: ſcđo de logica. ¶ Cir
Not. 1. ca primū notādū p̄rio: circa illū t̄minū p̄=
deſtinatio: ꝙ p̄deſtinatio (vt dicit magiſter diſ. xxxv.
⁊ etiā. xl.) eſt p̄cognitio dei de ſaluādis ⁊ bonis gr̄e:
qbus hic liberanẗ: ⁊ i futuro coronabunẗ. Ex q̊ patet
ꝙ predeſtinatio eſt q̄ſi ſpēs ꝓuidentie. Nā ꝓuidentia
dei eſt oim gubernādorum: p̄deſtinatio ſolum reſpe=
ctu btificabiliū. Iſta eſt reſpectu cuiuſlibet finis tam
naturalis q̄ꝫ ſupnatural: illa tm̄ reſpectu finis vltimi
Predeſtinatio. naturalis. Solet aūt p̄deſtinatio ſic deſcribi. Eſt p̄or
dinatio alicui⁹ creature rōnalis ad gr̄aꝫ in p̄ñti ⁊ glo
riā in futuro. Ex q̄ ſequiẗ ꝙ p̄deſtinatio non eſt aliqꝺ
imaginabile in deo diſtictū q̄uocūq̄ꝫ a deo: ita ꝙ nō ē
aliqs act⁹ ſcđs aduenīens deitati: ſꝫ iportat deum q̄
eſt daturus alicui vitā et̄nā: ⁊ ita iportat deū q̄ dabit
alicui vitā et̄nā: ⁊ ꝯnotat vitā et̄nam q̄ dabiẗ alicui.
Et qꝛ vita et̄na non dabiẗ alicui in patria/ niſi ei cui
conferẗ gr̄a in via: ideo communiter diciẗ: ꝙ etiā cō=
notat gratie collationē in p̄ſenti: licet forte hoc nō ſit
de ꝑ ſe ratione predeſtinationis. Si eñ per poſſibile
vel impoſſibile deus alicui conferret vitā et̄nam ſine
gr̄a: ille nihilominus eſſet p̄deſtinat⁹: licet non eſſet
accepturus gr̄am in via. ¶ Scđo patet: ꝙ p̄deſtina=
tio ex parte dei eſt et̄na. Patet: qꝛ quicqd eſt deus vel
in deo eſt et̄num. Quātū tñ ad illud qꝺ iportat ſcꝫ vi
tam et̄nal̄r vl̄ collationē gr̄e: poſſet dici tpalis. Nō tñ
ſimpl̄r: qꝛ nō ſupponit ꝑ creatura ſꝫ ꝑ deo: ⁊ ꝯnotat
creaturaꝫ: ſicut in ſili dici pōt de ly creator. Simpl̄r
ergo p̄deſtinatio debet dici et̄na: effect⁹ ꝟo ei⁹ tpalis
eſt eñ effect⁹ p̄deſtinationis vita et̄na: ⁊ hic eſt p̄rici=
palis: ⁊ oīs diſpoſitio q̄ aliqs reddiẗ vita et̄na dign⁹.
